

fraudem commisit seu committere voluit, irremissibiliter amittet et ad poenam regalem solvendam, quoties id fecerit, obligabitur, capitaneusque loci in tales omnes et singulos fraudem huiusmodi committentes animadversionem debitam veritate rei cognita non habendo respectum ad quempiam irremissibiliter exequatur.

Ad quam quidem exactionem colligendam diligenterque^k et fideliter exigendam in ipso palatinatu seu terra^l et districtibus eius constituimus, vobis omnibus et singulis, quorum interest, mandantes, quatinus praefato exactori sive ab eo substituto de exactione ducillorum respondeatis et responderi faciatis. Vos vero locorum capitanei eos, qui rebelles vel negligentes erunt et quos ipse exactor deferet, per pignorationes solitas ad solutionem huiusmodi exactionis compellatis sub poenis nostris contra negligentes capitaneos in novis et antiquis statutis descriptis et pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Cracouiae, in conventu generali, feria quarta Cinerum, anno Domini^m millesimo quingentesimo tricesimo nonoⁿ [19 II 1539], regni vero^o nostri o^o anno tricesimo tertio^o.

**V. ^aDECRETUM UT NUNTII CIVITATIS CRACOVIENSIS
INTER NUNTIOS TERRARUM SUUM LOCUM
IN COMITIIS TAM MINORIBUS QUAM MAIORIBUS OBTINEANT^{-a}**

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc. Universis et singulis planum testatumque facimus, ea fuerunt meritatum erga maiores nostros, tum erga hoc regnum nostrum regiae civitatis nostrae Cracoviensis, ut iure optimo quedam ei pro ceteris privilegia concessa sint, inter que praecipuum est hoc, quod facta ei est potestas, contra morem aliarum civitatum, nuntios ad comitia tam minoraque particularia, quam maioraque generalia vocant mittendi, quibus inter alios terrarum nuntios locus datur, ita ut nobilitati militiaeque terrestri incorporata sit et unita sed paucorum quorundam odio et malevolentia, tanta fuit in eos nuntiorum invidia concitata, ut eos a coetu suo removere, atque a consessu consiliisque excludere conarentur. Nos cum videremus praeter meritum hac eos a nuntiis affici contumelia cum non modo non admirerit quidquam regia haec civitas nostra, quamobrem de iis ornamentiis, quibus virtutis et meritorum ergo, a maioribus nostris affecta fuit detractum ei per nos aliquid oporteret qui soli eius^b rei potestatem habemus, et non terrarum nuntii, sed meruerit potius ut ad priora illa nova fieret accessio decreto nostro regio sanximus, ut quem locum inter terrarum^c nuntios post hominum memoriam nuntii eius honestissime semper sunt tutati, sum semipternis deinceps temporibus teneant neque aut occultis machinacionibus cuiusquam, aut aperta vi de eo deturbentur, quodquidem decretum nostrum, altero etiam et tertio decreto nostro confirmavimus, sed eo quorundam perrupit^d audacia, ut ne decretorum quidem nostrorum ratione habita, in suo nihilo minus instituto permanerent. Atque e coetu nuntiorum terrestrialium, nuntios regiae nostrae civitatis, nulla legitima causa excludere conarentur, quae res non iam ad civitatis modo^e nostrae, sed multo magis ad nostram iniuriam et contumeliam pertinere visa est, decretis enim^f nostris violandis et contemnendis, nos auctoritateque nostra regia violari et contemni videtur. Itaque dignam animadversione eorum audaciam esse putavimus, qui contra decretum nostrum venire ausi essent, sed ne quid a natura nostra clementi et benigna alienum fecisse iudicari possemus novissimum iam hoc decretum nostrum de nostra senatorumque regni nostri et consiliariorum sententia scribi iussimus quo statuimus inviolate id observari mandantes, ut nuntii regiae nostrae civitatis Cracoviensis inter nuntios terrarum suum locum in comitiis tam minoribus quam maioribus obtineant de quo si quis eos contra decretum hoc nostrum deturbare fuerit conatus, is eas se poenas incursum esse sciat,

^k diligenter MK₂. ^l Następuje okienko. ^{m-m} MD XXXIX MK₂. ⁿ Brak MK₂. ^{o-o} XXXIII MK₂.

^{a-a} W MRPS, cz. IV, vol. 3, nr 19603, s. 116, tytuł ten brzmi: Decretum regium, iuxta vim cuius nuntii civitatis Cracoviensis inter nuntios terrarum suum locum in comitiis tam minoribus quam maioribus obtineant. ^b Odczyt niepewny na skutek zamazania tekstu. ^c Odczyt niepewny. ^d Piekosiński odczytał: prorupit. ^e Odczyt niepewny, wyraz zamazany. ^f Tak odczytał Piekosiński; odczyt niepewny.

quas meretur, qui regiam nostram contemnit auctoritatem, quam toties laesam esse putabimus, quoties aliquis contra decretum hoc nostrum venire ausus erit, haud^g aliter in cum animadversuri quam in regiae nostrae personae ac dignitatis contemptorem. In cuius rei testimonium haec scribi et sigillo nostro obsignari iussimus. Datum Cracoviae in conventione generali feria quinta ante dominicam Reminiscere anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono [27 II 1539], regni vero nostri anno trigesimo tertio. Sigismundus rex subscrispit. Relatio venerabilis Samuelis Maczieiowski decani Cracoviensis et Regni Poloniae vicecancellarii.

**VI.^a-PRIVILEGIUM TERRAE PLOCENSIS
OCCASIONE FIDEIUSSIONIS KMETHONUM LAUDO TERRESTRI^a**

^b-In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciae, Cuiaviae, Russiae totiusque Prussiae, Masoviae, Culmensis, Elbigenesis, Pomeraniae etc. dominus et heres significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis harum notitiam habituris^b, quomodo magnificus et generosi Felix de Srzenko palatinus Plocensis, Marienburgensis et Plocensis capitaneus, Hieronimus Naquaski tribunus Ciechanoviensis, Roslanus Criski pincerna Zakrocziensis et Paulus Garvaski, nuntii ad conventum generalem Cracoviam^c missi nomine totius nobilitatis illius terrae et palatinatus exhibuerunt coram nobis certas constitutiones et formulas iuxta antiquam consuetudinem in fideiuSSIONe mutua kmethonum observatas et deinceps futuris temporibus observaturas, supplicantes, [ut] illas auctoritate nostra regia approbare, ratificare ac^d confirmare ac desuper litteras privilegii nostri perpetui illis concedere dignaremur. Quarumquidem constitutionem et formularum articuli sequuntur in tenore suo et sunt tales.

Imprimis cum ipsa libertate nihil sit pretiosius, dignum censeri debet, ut etiam communis vulgus^e ea libertate non frustretur. Proinde liberum erit kmethonibus, ortulanis et cuiuscumque status vulgi hominibus de villis spiritualium, religiosorum et saecularium personarum in antes futuris perpetuis temporibus iuxta antiquam consuetudinem recedere a suis dominis, postquam laudo terrestri fideiuSSI fuerint. Quaequidem fideiuSSio^f continuabitur singulis annis duabus septimanis dumtaxat ante festum sancti Martini [10 XI] exclusive. Sed quia plerumque evenire solet communem nobilitatem a potentioribus, puta dignitariis, castellanis et aliis praefectis in eiusmodi fideiuSSIONe diversis excogitationibus circumveniri excogitatis interdum variis suorum subditorum excessibus, poenis, mulctis et intolerabili subsidiorum onere, verum quia lex divina pariterque et humana suadet, quod tibi displicet, alteri ne feceris, dignum, iustum rationique consonum censeri debet, ut si quis ex pauperiori nobilitate apud quemcumque dominum vel dignitarium, cuiuscumque status sit et praeeminentiae, kmethonem, ortulanum vel communis vulgi aliquem hominem laudo terrestri fideiuBere voluerit, citra alias molestias, odia vel interminationes id sibi facere sit liberum atque arbitratum. Ne autem fideiuSSio huiusmodi propter defectum fideiuSSorum negligentiam ad fideiuSSIONem petenti simulque et detrimentum facere seu praestare videretur, consueverunt enim multi vel motu interminationum vel spe futurorum odiorum causare infinita excusationum genera, modo subterfugere possint ab ipso fideiuSSIONis onere, ut itaque vicissitudo ipsa suum obtineat locum et unumquemque aequali tangeret necessitate, fiat liberum unicuique ex communi nobilitate in defectu fideiuSSorum per se in propria persona cum solo^g ministeriali simpliciter accepto, nulla additione iuridica expectata, possessorem^h vel advocationem villaem aut sortis hereditariae, in qua talis kmetho, colonus vel ortulanus

^g Tak odczytał Piekosiński; odczyt niepewny.

^{a-a} W MK_I, t. 57, k. 16v., tytuł tego aktu brzmi: Constitutiones seu formulae iuxta antiquam consuetudinem in fideiuSSIONe cmethonum palatinatus Plocensis observatae, per Maiestatem regiam confirmatae. ^{b-b} W MK_I zamiast calego tego tekstu: Sigismundus etc., significamus etc. ^c Cracoviensem MK_I. ^d Brak w MK_I. ^e W oryginale (AGAD, Księgi plockie); wlgus, a ponizej trzykrotnie: wlg. ^f iussio MK_I. ^g solum MK_I. ^h possessorum MK_I.